



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 253. Quid præterea notandum sit circa parvitatem materiæ in carnibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**



fi tamen adfit causa, uti stomachi infirmitas, dicit nullum fore peccatum: Addit piscem infumatum sumi posse; item lactucam elixatam, ut cruditas tollatur: admittunt etiam ova *Vidald. & Pasq.*, quando licitum est hæc comedere, sed iterum contradicunt *Tamb. supra & Diana R. 57.*, debetque etiam in hoc attendi ad consuetudinem locorum.

1304 Q: 253: Quid præterea notandum sit circa parvitatem materiæ in carnibus. R. §. 1. Eam dari, præter citatos à *Busenb.*, docent *Merol: Hurt: Pasq. Trull: Gob:* in *Quin: t: 5: c: 23: n: 233.* *Diana p. 5. t. 5: R: 32.*, qui p: 10: t: 14: R: 32. vocat hanc sententiam communem. Ratio est, quia prohibentur carnes prout sunt nutritivæ seu refectivæ virium, sed parùm carnis parùm nutrit, ergo etiam parùm, sive sub parvo peccato prohibetur. *Nec obstat*, quòd hoc præceptum sit negativum, nam etiam præceptum non furandi est negativum, & tamen in eo datur parvitas materiæ.

1305 §. 2. Difficultas major est in designanda parvitate materiæ: *Bonac: Hurt: Trull.* parvam materiam dicunt, modicum, sive exiguum frustum; alius apud *Dian: p: 1: t: 12: R: 32:* dicit, non plùs, quàm quod licet libatoribus ciborum apud Reges: *Sporer in Th: mor: t: 1: c: 5: n: 30.* concedit mediam aviculam, sed cùm non determinant pondus, necdum scitur quantitas. *Quidam* recentior apud *Gob.* dicit materiam parvam esse, si non superet 8. uncias, sed meritò rejicitur ab omnibus. *Escob.* ponit, si non fit plùs quàm uncia; *Pasq.*, si non fit plùs, quàm media uncia; *Leand. & Dian.* putant hoc esse ad-  
huc



huc nimis laxum, unde dicunt non debere excedere octavam partem uncix: Denique *lls: t: 4: d: 1: R: 36.* universaliter dicit materiam illam esse parvam, quæ non potest homines ad frequentem sui sumptionem allicere, quia nempe tam parva est, ut homo non curet eam unâ die sumere in ordine ad nutritionem.

*Q: 254: An jejunium frangatur sæpius per diem 1306*  
*comedendo pauca. R.* Affirmativè, hinc *Alex. VII.* damnavit hanc *29: prop.*, *In die jejunii, qui sæpius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in sine comederit, non frangit jejunium.* Ratio autem est, quia partes illæ uniuntur in effectu, qui est notabilis nutritio & roboratio corporis, singulæ enim partes cibi, sive simul sive successivè sumantur, addunt robur, & hic effectus roborationis manet simul post sumptas omnes partes, hoc autem est graviter contra finem præcepti intendentis mortificationem carnis, uti pluribus deducunt *Mendo d. 8. q. 5. & Du Bois*, ad hanc prop. damnatam.

## D V B I V M II.

### *Quæ causa excusent à Jejunio.*

*Resp. Hæ sequentes, I. Superioris dispensa- 1307*  
*tio: quâ tamen non est opus, si necessitas sit evi-*  
*dens, sed in dubio tantùm: idque sive ad esum*  
*carnium, sive ad secundam refectionem. Ta-*  
*lis autem Superior est Episcopus & Parochus,*  
*etiam præsentè Episcopo, quando legitima*  
*consuetudo sic habet: Imò Sylv. & Sanch. de Ma-*  
*trim: l: 8: d: 9: n: 27: & in consil. l: 5: c: 1: d: 5: n: 18.*

F ff 4

abso-